

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium hominis christiani - Cod. Ettenheim-Münster 79

[S.l.], [18. Jahrh.]

Caput IV.

[urn:nbn:de:bsz:31-108661](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108661)

et terram .

+ Non det in commotionem pedem tuum & anima mea: neq; dormiet, qui custodit te.

Ecce non dormitabit, neq; dormiet in tua cura: qui custodit Israel

* juxta Dnus custodit te, Dnus est protectio tua, * super manum dexteram tuam .

+ Per diem sol non uret te, neq; luna per noctem .

Dominus custodit te ab omni malo, custodiam animam tuam Dnus .

Dnus custodiat introitum tuum, et exitum tuum; ex hoc nunc et usq; in saeculum .

Caput IV.

Consolatio pusillanimum ex sacris litteris de prompta.

Isai. 35. Consolamini, consolamini popule meus, confortamini pusillanimes, quia ego Deus vester .

Omnes sitientes venite ad aquas, et qui non habetis ~~aurum~~ argentum, properate .

Venite, emite absq; argento, et absq; ulla commutatione vinum et lac .

Audite audientes, et comedite bonum: et delectabitur in crassitudine anima vestra .

Apoc. 21. Ego sitienti dabo de fonte aqua viva gratis, qui vicerit, possidebit haec, et ero illi Deus, et ipse erit mihi filius .

+ Non det C. id est, non dabit in lapsum peccati pedem seu affectus aut desideria tua .

+ Per diem C. i. e. prospera non extollent te, neq; adversa deiciant. Quid in die et nocte, ait s. Hieronymus, hoc et in sole significatur et luna: quia justus nec prosperis elevari potest, nec in tribus debui .

+ Introitu C. Est hebraismus, et sensus est. Deus omnia tua negotia prosperet, et in omnibus te dirigat, sive interna, sive externa curare volueris. Genes. 48.

152
Ego sum Dominus faciens misericordiam in millia, Exod. 20
qui diligunt me, et custodiunt praecepta mea.

Ego diligentes me diligo: et qui mane vigila- Sap. 8.
verint ad me, invenient me.

Mecum sunt divitiae, et gloria, opes superbiae
et justitia. Melior est enim fructus meus auro
et lapide pretioso.

In viis justitiae ambulo, in medio semitarum
judicii, ut ditem diligentes me, et thesauros eorum
repleam, et deliciae meae esse cum filiis hominum.

Ego scio cogitationes, quas ego cogito super vos,
cogitationes pacis et non afflictionis, ut dem vobis fi- Hier. 29
nem et patientiam.

Crabitis me, et ego exaudiam vos, et quaretis me,
et invenietis.

Convertimini ad me, et ego convertar ad vos: con-
vertimini ad me, et salvi eritis.

Non abiciet vos anima mea: ambulabo inter
vos, et ero Deus vester, vosque eritis populus meus. Isai. 49.

Et scietis, quia ego Dominus, quum benefecero Ezech. 20
vobis propter nomen meum, et non secundum vias
vestras malas.

Quomodo sicut mater blandiatur, ita ego conso- Isai. 66.
labor vos. Ego, ego ipse consolabor vos.

Nunquid oblivisci potest mulier infantem suum, Isai. 49.
ut non misereatur filio uteri sui? Et si oblita
fuerit, ego tamen non obliviscar tui.

Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates Isai. 43.
tuas propter me, et peccatorum tuorum non
recordabor.

Nunquid abbreviata, et parvula facta est Isai. 40.
manus mea, ut non possim redimere, aut non
est in me virtus ad liberandum.

Ego Dominus Deus tuus docens^{te} utilia, quae
bernans te in via, qua ambulas.

125
Exo. 33. Ego ostendam omne bonum tibi, et miserebor, cui volueris, et clemens ero, in quem mihi placuerit.

Hierem. 31. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans.

Isa. 2. Sponsabo te mihi in aeternum, et sponsabo te mihi in iustitia, et in iudicio, et misericordia, et miserationibus: et sponsabo te mihi in fide.

Isai 30. Si revertamini, et quiescatis, salvi eritis, in silentio, et spes erit fortitudo vestra.

Ezech. 33. Nolo mortem impię, sed ut revertatur a via sua, et vivat.

Esai 57. Cris tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam.

Isa. 13. De manu mortis liberabo eos: servos meos redimam eos, et convertam luctum eorum in gaudium, et consolabor eos, et lotificabo a dolore suo.

Zach. 10. Ego enim Dominus Deus eorum: et exaudiam eos.

Jo. 10. Ego vitam aeternam do ovibus meis, et non peribunt in aeternum, et non rapiet quisquam eas de manu mea.

Jo. 14. Si quis diligit me, et pater meus diliget eum, et mansionem apud eum faciemus.

Jo. 14. Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis, et fiet vobis.

Jo. 7. Si quis sitit, veniat ad me, et bibat, et de ventre eius fluent aqua viva.

Matth. 23. Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam. Tollite iugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde, et invenientis requiem animabus vestris. iugum enim meum suave est, et onus meum leve.

Matth. 18. Quid timidi estis modica fidei? Nonne duo passeris asse veniunt? et unus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? nolite timere, multis passeribus meliores estis vos.